



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De casibus in quibus religiosum circa votum paupertatis contingit peccare,
vel non. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

Cap. VI. Quando violatur votum paupert.

prosequurus est monialem sibi fiant proprij.
 ¶ Sed de eo quod libere datū, vel donatū est moniali
 tēpore professionis, vel ceu pars hæreditatis, aut legitima
 propria dicitur q̄ non ei tñc ad sic distrahenda hæc bo-
 na extra ordinem, licentia præstari posset sicut in duobus
 primo assertis probatum manet. Hæc Corduba. At forsi-
 tan aliquis nō quiescet, quia hæc vltimo dicta decreto Cō-
 cilij refragari, videntur vbi redditus, vel census quos vo-
 cat Concilium Tridentinum bona stabilia religiosos
 etiam ex licentia superiorum habere prohibet, sed in
 promptu est solutio: quia prohibet concilium ea bona
 immobilia religiosos tenere quę possint conuentui incor-
 porari, nam decernit statim conuentui esse incorporan-
 da. At quando illos redditus, vel census ille laicus suo no-
 mine emit cum onere pendendi quotannis moniali, 7. au-
 reos, non possunt conuentui incorporari, quia illa iura
 sunt aliena, id est secularis illa ementis, ideo non obstat
 prædicta obiectio, sed ne quid desit in hac materia: quod
 merito desiderari possit: & ne turgescat pagina hic finem
 imponamus, cætera infra expedituri.

*c Hec vt
 inquit Syl
 uester circa
 scrupulum
 ratio naru
 ralis vido-
 tur indice-
 re verb. a-
 lienatio. q.
 19. & Na
 var. q. 54.
 fol. 143.*

¶ De casibus in quibus religiosum circa votum paupertatis contingit peccare, vel non.

C A P. V I.

Igitur pro complemento doctrinæ adiecerim casus hic
 in quibus religiosum donando, vel dispensando con-
 tra votum paupertatis, contingit peccare. ¶ Dico ergo
 primo ex mente Victorix quod quando quis contra vo-
 luntatem rationabilem prælati distrahit dispensatque
 rem, etiam quam habet ad vsū: ex obiecto talis distra-
 ctio seu dispensatio est peccatum mortale, & in re graui
 nunquam caret culpa mortali, verbi gratia, innotescit
 subdito prælato non volente, se expendere pecunias
 cum secularibus, aut in vsus non tam honestos, scilicet in
 ludos, & luxus, palam est esse mortale: quod assertum ve-
 rum habet secundum Victoriam, quādo aperte contradicit
 prælatus, & etiam casu quo subditus prælatum id ægre la-
 turum nouerit.

II. Pars. F.L.Lopes.Instr. Consc. c Idem

¶ Idem ferendum est iudicium quando intra monasterium in his casibus religiosus vnus dispensat rem alteri religioso: quando res est alicuius momenti, ita vt rationabiliter prælatus sit ægre laturus & præsertim si talis res traditur dispensanda foris.

Q^{6.1.} ¶ Profectua nec minus scitu necessaria hic occurrit quaestio an sufficiat ad dispensandum rem in mediocri quantitate, voluntas interpretatiua prælati. Et quia sine præmissa distinctione hæc quaestio satis exacte illucidari non potest: scito prius voluntatem interpretatiuam prælati posse dupliciter accipi. Primo modo quando subditus pro comperto habet, si postulet illam licentiam à prælato sibi non fore negandam, sed simul cum hoc cum non lateat prælatus id sine sua licentia fieri nolle.

¶ Igitur iuxta hoc primum membrum distinctionis sit prima propositio. Hæc licentia interpretatiua non sufficit ad dispensandum in mediocri quantitate. Clarescitque hoc exemplo, si quis certo nouit se imperaturum licentiam ad egrediendum foras, si tamen eam à prælato postulet, non tamen ideo statim sine licentia progredi foras extra conuentum potest. Sic etiam in rerum dispensatione: patet quia in hoc casu facit contra votum paupertatis, & in re graui, & contra voluntatem prælati, quis ergo eum excusabit à culpa graui?

¶ Sed alia est licentia interpretatiua prælati, quando per signa probabilia proculdubio intelligo ex sententia, voluntateque prælati esse, quod ego expendam aliquid, & quòd de hoc est gauisurus. Iuxta hoc secundum membrum distinctionis statuuntur & alia propositiones.

¶ Sit secunda conclusio quando dubius est subditus de voluntate prælati non potest aliquid dispensare. Hæc conclusio patet, quia non potest licite aliquid dispensare, nisi ex licentia expressa, vel interpretatiua prælati. At hic, dum est anceps de voluntate prælati, neutra licentia eum iuuat. Ergo tunc aliquid dispensando à peccato non liberatur.

Q^{6.2.} ¶ At quaeritur, quanam erit quantitas quam poterit religiosus expendere ex ista sola licentia interpretatiua, seu subtrati habitatione prælati. Pro hoc sit tertia conclusio, dare librum alteri religioso valentem. s. argenteos non est,

est censendum esse peccatum mortale, quia hic videtur concurrere licentia interpretatiua prelati: qui non censendus est velle esse nimis in rebus modicis.

¶ Quarta conclusio cessante contemptu secundum meum magistrum valde doctum in moralibus commutare libros cum alijs libris etiam cum secularibus, dum nihil iacturæ patiatur conuentus, non est mortale, quia hic rati habitio seu interpretatiua licentia prelati potest presumi. Tum, quia id in damnum conuentus non cedit: Tū, quia talis commutatio nō est proprie distractio neq; expensio.

¶ Sed quid si religiosi aliquid ad expendendum accipiant de bonis conuentus? Hic non loquimur de prelati, aut procuratoribus, quia prelati ex consuetudine aliquid potest expendere in eleemosynam iuxta prudentiam administratorum: & procuratores possunt iuxta prestatam sibi licentiam moderatam ratione. Sed de alijs priuatis religiosi loquendo. ¶ Sit quinta conclusio, si monachi pecunias accipiant à conuentu, in minima quantitate: vt si accipiant argentum, vel dimidiū excusabuntur à mortali, quia hæc non est quantitas nisi modica, & quæ non cedit in detrimentum, vel dissipationem conuentus.

Qd. 3.

¶ At queritur, dum religiosus peregrinatur à conuentu ex sibi in eleemosynam, vel aliter pecunijs donatis in via, an possit aliquid expendere. Pro hoc sit sexta conclusio, religiosus iter faciens extra conuentum ex sibi collatis in eleemosynam, vel aliter acceptis in via, potest aliquid expendere cum consanguineis etiam diuitibus vt verbi gratia impartire illis decem aureos, aut donare illis rem huic valori, 10. aureorum æquiualentem. Patet, quia neque hæc donatio prodiga est, sed rationabilis, quare in rati habitioe, vel in licentia prelati solet fundari, qui non presumitur nimis.

Qd. 4.

¶ Sed iam de receptione quid possit religiosus recipere, sine licentia expressa prelati? Respondetur primo, dum est in conuentu, potest citra mortale, recipere à secularibus aliqua munera lectuorum, vel confectioeum cordialium bina vascula, vel par perdicum, vel gallinarum, vel aliquid simile.

Qd. 5.

¶ Item secundo, dum peregrinatur licentiam solitus est habere ad recipiendum, quod sibi oblatum fuerit,

c 2 in eis

Eleemosina fratrum in eleemosynam. Nam eleemosyna in mendicantibus religiosi comes est vię cum obligatione postea presentantur dicitur di praelatis.

via comes est.

¶ Dubium hic incidit non satis facile utrum religiosus recipiens, vel habens pecunias ab alio, & tamē pręve recundia, aut timore, quia metuit, illā pecuniam praelatus statim ut rescierit applicavit conventui, licentiam non postulat à praelato: tamen propositum sincerum gerit nō expendendi eam sine licentia praelati, possit illam habere in cella? ¶ Et quidem si pręceptum latum sit de non retinendo pecunias in cella, nemini dubium: quin tunc ratione pręcepti, letalis culpa sit eas in cella retinere.

¶ Sed extra pręceptum quid? Responderur in glossa Bandeli * pecuniam tenere nō possunt fratres etiam indeposito: nisi ad certos vsus de praelatorum licentia, neque eam habere possunt extra depositum commune sine suorum praelatorum speciali, & expressa licentia ultra duas noctes.

Super constitutiones ordinis Prædicatorum, d. i. c. 14. ordinatio 5.

¶ Sed cessante pręcepto an ex prædictis motibus possit eam retinere religiosus in cella, res profecto anceps est & dubia. Fertur Victoriam tenuisse ex tali ratione tamenque animo retinere pecuniam in cella, etiam ultra duas noctes non esse culpam mortalem, idque asseruisse non ut omnino certū: sed ut probabile, scilicet quando praelatus est malitiosus nimiumque minustus expectatque beneplacitum alterius, vel succedentis praelati ad expendendum in vsus rationabiles, dum interim conventus magnam indigentiam non patiatur.

¶ Sed obijci potest quod ibi ex capitulo Pisis celebrato eodem loco citat Vandelus, scilicet quod recipiens pecuniam aliquo casu contingente sine licentia praelati teneatur habita opportunitate suo praelato presentare: quod si infra triduum facere neglexerit ex vi presentis ordinationis ipsa pecunia sit priuatus: & ad conventum de quo fuerit deuoluatur, nec talis pecunia possit sibi restitui per priorem, vel quęcumque vicarium. At responderi potest in gratiam istius opinionis Victorix, quod cum ista fuerit ordinatio tantum vnus capituli generalis, vel videtur non fuisse vsu recepta, vel iam per contrarium vsu exoleuisse. Sicut neque videtur esse in vsu, quod

quod non nisi ad certos vsus, religiosi in deposito pecuniam teneant; quia interdum eam tenent non ad certos vsus: sed pro vsibus contingentibus necessarijs ex bene placito praelati expendendum.

¶ At quid? an in ordine praeicatorum priores, & quicumque vicarij pecuniam sibi datam, in communi deposito tenere teneantur, & non nisi de licentia prioris provincialis expendendam? Respondetur tenetur plane, nam in loco citato ex eodem capitulo Pisano habetur sic; priores etiam, & quicumque vicarij, ad praedictam ordinationem seruandam de pecunijs sibi datis similiter obligentur. Quam ordinationem priores provinciales circa priores, & vicarios diligenter faciant obseruari. Et praedicta ordinatio habetur de verbo ad verbum in capite; apud Mediolanum neque hoc recessit ab vsu, quia docti timorataeque conscientiae priores non audent sibi data expendere inconsulto provinciali, praesertim in magna quantitate; recognoscentes se voto paupertatis astrictos; neque omnino in dispensatione specialiter sibi datorum liberos; quamuis si ex sibi datis, 10. aureos erogaret alicui inconsulto provinciali, non esset, vt insinuauit Corduba, ideo damnandi.

Q. 8.

¶ Sed quid si tempore scrutinijs religiosus aliquid relictum in cella celauerit ne a praelato scrutante apprehendatur? Respondetur, quod licet Vandelus & alij ratione voti paupertatis censuerint esse peccatum mortale etiam quamcumque rem minimam praelato occultare, nam id videtur Diuus Augustinus in sua regula inclamare ^b nunquam tamen mihi potui persuadere huius sententiam; sed potius cum sententia quae fertur fuisse Victoriam teneo, quae sicut in praecipis diuinis; & naturalibus etiam strictis, paritas materiae, vt in furto, a peccato mortali excusat: ita etiam in voto solenni paupertatis, dum absit contemptus & malus animus notabilem rem occultandi, si iudicio prudentum religiosorum quicquam minimum, & fere nullius pensu religiosus occultauit, modicitas rei eum excusabit a mortali, neque pro rebus tam modicis, in gehennam detrudet Deus homines, quos tam care est mercatus.

Q. 9.

b Quicumque re sibi collatam celauerit, furti in iudicio condemnetur. Aug.

¶ Super addit Victoria sua lectura quam anno. 1535. fertur dictasse quod religiosus de licentia praelati vtens rebus

*e Hinc se-
pius verifi-
catur A-
postoli sen-
tentia, a-
lius esurit,
alius qui-
de ebrius
est, quia te-
sur Præla-
tus fideli-
ter & ra-
tionabili-
ter dispen-
sare.*

bis, ita abundanter, ut alij egeat, peccat grauius, quia fit alijs iniuria, cum bona communitatis pro indigentibus communia sint, & tantus potest esse excessus, & luxus ut sit culpa mortalis, tam in dispensato, quam in dispensante, si taliter vacetur luxui.

¶ Atque secundum eundem Victoriam, si religiosus ex negligentia, vel obliuione non efflagitauit licentiam, postea si vbi non suppetit ei copia eam petendi, expendit aliquid non adeo notabile, non censendus est fregisse votum, quando id fecit fretus in ratihabitione prælati. Neque si in hoc casu in via aliquid insumpsit pecunię non prodigę tamen, sed moderatę.

¶ Hęc autem omnia hætenus hoc grano salis ducimus temperanda, ut sic dicta vera sint: si non fuerint alia strictiora mandata superiorum, aut capituli prouincialis acta, sine expressa licentia prælatorum prohibentis religiosus expendere aliquid, nam tunc non potest se protegere religiosus licentia interpretatiua, sed licentiam prælati expressam tenetur impetrare, nisi forsitan in tam remoto loco esset, vbi tantum vrgeret necessitas expendendi aliquid, nec suppeteret præsentia prælati pro ab eo petenda licentia. Nam tunc non obstante tali expressa prohibitione, sub ratihabitione, quia necessitas caret lege, profet pro imminente sibi necessitate, aliquid expendere.

*a Para-
phernalia
bona sunt
illa que
mulier se-
cum defert
in domum
viri. l. si e-
go. §. dotis.
ff. de iure
dot. c. l.
fin. C. eod.
c. dicim-
tur a para-
quod est
iuxta c.
pherna
dos, quasi
iuxta do-
tę. s. quod
vxor præ-
ter dotem
secum du-
cit.*

¶ Nec puto cum religiosus accedit hospes ad alium conuentum etiam eiusdem prouincię & ordinis, cum licentia prælati illius conuentus, sibi placita posse insumere. Nam expresse dicitur in nostris constitutionibus cum licentia sui prælati, pecunię facienda est expensio. At prælati alterius conuentus non est proprie prælatus religiosi hospitis & aduenę, sed de his satis.

*An donatum ab alicuius vxore sit restituendum, &
similiter extortum per simulatam pauper-
tatem, vel sanctitatem.*

C. A. P. VII.

Porro de vxore reuocari in dubium potest: quę præter dotem alia obtinet bona paraphernalia, aliunde, vel ex legitima successione habita, vel alter donata sibi, an sine expresso, vel tacito consensu mariti possit ea donare